

res ac subrecti. Et quæ oïum generi radicata brachia. huic tamē maxie ramosa ac robusta. Ab ea nigra. Sed propriū albe quæ inter media folia emittit brachia utrunq; semper amplectens. Hæc est & in muris quibus ambire non possit. Itaque etiam pluribus locis intercisa uiuit tamē duratq; & totidem initia radicum habet quod brachia. Quibus incolumes & solidas arbores fugit ac stragulat. Est & in fructu differentia albæ nigraque hederæ: quoniam aliis tanta amantudo acini: ut aues nō attingant. Est & rigēs hederæ quæ sine adminiculo stat sola oïum: generū ob id uocata cissos. E diuerso nūq; nisi humi repēs chamaecissos.

De hederæ quæ uocatur symilax.

Cap. xxxvi.

Binos  
& ternos

**S**imilis est hederæ e cilicia quidē primum pfecta: sed in græcia frequētior: quā uocant similacē densis geniculata caulibus: spinosa: fructuosa ramis: folio hederaceo: puo: nō anguloso: a pediculo emittente papinos: flore cādido: olente liliū. Fert racemos labrusæ: mō non hederæ: colore rubro: cōplexa acinis maioribus nucleos uidenos minoribus singulos: nigros duriosq;: in fastis oïbus sacris & coronis: quoniam sit lugubris: uirgine eius nominis ppter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fructicē. Id uulgus ignorans plerunq; festa sua polluit hederam existimando. Sicut in poetis aut Libero patre aut Sileo: qui oïno nescit quibus coronetur. E symilace fiunt codicilli. Propriumq; materiæ est ut ad mota auribus lenem sonum reddat. Hederæ mita proditur natura ad experienda uina. Si uas fiat ex ligno eius: uina transfluere. ac remanere aquam si qua mixta fuerit.

De aquaticis calamis & fruticibus.

Cap. xxxvii.

Bellicis  
hoc est

**I**nterea qui frigidis gaudent aquaticos frutices dicere cōuenit. Principatum in iis tenebunt harūdines belli paucisq; experimentis necessariæ: atq; etiā in deliciis grata. Tegulo eni earū domus suas septentrionales populi operiunt: durantq; eius alta tecta. In reliquo uero orbe & cameras lenissime suspendunt. Carthisq; feruūt calami ægyptii maxie: cognatione quadam papyri. probatiores tamen gnidii: & qui in asia circa anaëticum lacum nascuntur. Nostratibus fustigiosior subest natura: cartilagine bibula: quæ cauo corpore itus superne tenui inarescit ligno. Fissilis præacuta semper acie: geniculata. Cætero gracilitas nodis distincta leui fastigio tenuatur in cacumina. Crassiore peniculo coma: neq; hac superuacua. Aut enim pro pluma strata cauponarum replet: aut ubi limo siore callo induruit: sicut in belgis cōtusa & interiecta nauium commissuris ferraminat textus: glutinotenantior: timisq; explendis fidelior pice. Calamis oriētis populi bella conficiunt. Calamis spicula addunt: irreuocabili hamo noxia. Mortem accelerat pinna addita calamis: Fitq; & ex ipso tælum aliud fracto in uulneribus. His armis solem ipsum obumbrant. propter hoc maxime serenos dies optant. Odere uentos & hymbres: qui inter illos pacem esse cogunt. Ac si quis æthiopas: ægyptum: arabas: indos: scythas: bactras: sarmatarum tot gentes & orientis omniaq; parthorum regna diligētius computet: æqua ferme pars hominum in toto mundo calamis superata degit. præcipuus hic usus in creta bellatores suos præcipitauit. Sed in hoc quoq; ut in cæteris rebus uicit italia. Quoniam nullus sagittis aptior calamus quæ in rheni bononiensi amne: cui pluri inest medulla. pōdusq; uolucere. Cōtra flatus quoq; puicax libra. Quippe nō eadem gratia belgicis: Hæc & creticis cōmendationibus: quæ præferantur indi: quorum alia quibusdam uideat natura: quādo & hastarum uicē præbent additis cuspidibus. Harūdini quidem india arborea amplitudo: qualē uulgo in tēplis uidemus. Differre maiores ac sceminas in his quoq; indi tradunt. Spissius mari corpus: scemina capatius. Nauigiorum ēt uicem præstant: si credimus. singula internodia. Circa acesinem annē maxime nascuntur. Harūdo ois ex una stirpe numerosa. Atq; etiam recisa scemundius resurgit. Radicis natura uiuax: geniculata & ipsa. Folia idicis tantum breuia. Oibus uero a nodo orsa cōplexu tenues per ambitū inducunt tunicas: atq; a medio internodio cū plurimū desinunt uestire: procubuntq;. Latera harūdini calamoq; in rotunditatē bina super nodos alterno semper inguine: ut alterum ad dexterā fiat: alterū superiore geniculo super leua per uices. Inde exeunt aliquando rami qui sunt calami tenues. plura aut genera. Alia spissior densiorq; geniculis breuibibus: iter nodis. Alia rarior maioribus: tenuior & ipsa. Calamus uero alius totus cōcauus: quæ syringiā uocant: utilissimus fistulis: quoniam nihil est ei chartilaginis atq; carnis. Orchomenius est cōtinuo foramine peruius: quæ auleicon uocāt. Hic tibis utilior: fistulis ille. est alius crassiore ligno & tenui foramine. Hūc totū fungosa replet medula. Alius breuior: alius procenor: exilior: crassiorq;. Fruticosissimus qui uocat donax non nisi in aquaticis natus: quoniam & hæc differentia est multū prælata harūdine quæ in siccis proueniat. Suum genus sagitario calamo ut diximus. Sed cretico Inngissimis internodiis obsequiū quo libeat flecti calefacto. Differentias faciunt & folia non multitudine: uerum robore & colore. Valida laconis: & ab una pte densiora: quales in totū circa stagna gigni putant. Dissimiles amnicis: longisque uestiri foliis: spatiosius a nodo scadente complexu. Est & obliqua harūdo non in excelsitatem nascens sed iuxta terram fruticis modo se spargens: suauissima in teneritate animalibus. Vocatur a quibusdam elegia. Est & in italia nascens ad arca nomine palustris ex cortice tantum Sub ipsa coma: utilissima dentibus: quoniam uis eadē est quæ sinapi. De orchomenii lacus harundinetis aueruatius dici cogit admiratio antiqua. Characian uocabant crassiorē firmiorēq;. plociā uero subtiliorē. Hanc in insulis fluitat.

Varia

sidus  
ad quod